

S. D. N. SIXTI PP. V.  
AMPLIATIO

XVI

F-27

Montis Fidei , eiusque fructuum redu-  
ctio ad sex pro centenario .



SIXTV S Episcopus seruus seruorum DEI,  
Ad perpetuam rei memoriam.

V M A N I plerumque sic fallitur incertitudo iudi-  
cij, dum futuris euentibus modum, & formam præ-  
scribere nititur, ut quæ prouida etiam deliberatione  
constituuntur, opera & premium sit postea immutare;  
vnde nemini mirum videri debet, si Romanus Pontifex ea quæ  
ab ipso ex certis apparentibus causis emanarunt, ne cuiquam  
sint incommodo, aut dispendio, prouidè reuocat, & ad debitum  
pristinumque statum reducit, ac aliàs desuper disponit, prout re-  
rum, & personarum circumstatijs debitè pensatis cōspicit in Do-  
mino salubriter expedire. Aliàs siquidem, postquam felicis recor-  
dationis Clemens Papa vij. prædecessor noster pro imminēti A-  
postolicæ Sedis necessitate, ac fidei defensione, Montem Fidei, us-  
que ad summam ducentorum millium ducatorum, decem iulijs  
pro quolibet ducato huiusmodi computatis, per quasdam perpe-  
tuò erexerat, & instituerat, eidem Monti sic erecto Dohanā mer-  
ciūm Vrbis S. Eustachi, nuncupatum, etiam perpetuò applicau-  
rat,

A

rat,



rat, ac illis qui pecunias in dicto Monte posuisset, dohanā ipsam, illiusq; liberam administrationē, ac super ea annuū redditū vi- ginti milliū ducatorū similiū, & sic ad rationē decem pro cente- nario, quolibet Mense, pro sua cuiusq; rata per soluendū concesse- rat, & assignauerat, cū priuilegiis, iuribus, exēptionibus, & indul- tis tunc expressis, & successivel pro priori personarū prædicta- rū eorūq; Collegii cautela, erectionē, & institutionē prædictas cō- firmauerat, ac tā in erectione, quām confirmatione huiusmodi: inter cætera voluerat, quod si Mons prædictus ab eiudē Clemē- tis successoribus Romanis Pōtificibus extingueretur, successores ipsi, & Camera Apostolica ad soluēdū, & satisfaciendū eisdē per- sonis de integra summa pecuniariū, per eas eidē prædecessori so- lutarū, & in dicto Monte positarū tenerentur, ac obligati essent: piæ mem. Paulus Papa iii etiam prædecessor noster, ex certis tūc expressis causis, per alias suas litteras, dictū Montem ad quatuor millium ducatorū similiū, vel aliā veriore summam super do- hanarū, & Gabellarū Grasciæ, ac Ripæ, & Ripetiæ, eiusdē Vrbis redditibus, & emolumenis auxit, eiusdemq; Montis redditus, & prouentus, ad rationē septē cum dimidio pro quolibet centena- rio singulis ānis reduxit, & deinde ob certas necessitatis ab eo tūc adductas causas, Montē prædictū ad aliam annuam summā duo decim milliū ducatorū similiū etiā auxit, ac illos pariter super carundē Dohanarum, & Gabellarum Grasciæ Ripæ, & Ripetiæ, alijsq; dictæ Cameræ redditibus tunc expressis, annuatim assigna- uit, personisq; ipsis, & eorum Collegio annuū redditū, ad dictā rationem septem cū dimidio pro quolibet centenario, concessit. Et postremo nos, ex certis similiter tūc apparentibus causis per quandā cedulā manu nostra Motu proprio signatā, & forsitan de- super cōfertas litteras, prædictū Mōtē Fidei, cū assignationib' red- ditū illi applicatorū, ac Facultatibus, & iuribus in litteris præ- decessorum huiusmodi concessis, saluis tamen conditionibus, & reseruationibus infradicendis perpetuò subrepsumus & extinxi- mus, ac suppressum, & extinctum esse, & censeri debere, di- cīque extinti Montis Creditores, usque ad Calen. Septembres proximè præteriti tantum, dictos prouentus assignatos præten- dere posse decreuimus, necnon loco Montis extinti prædicti, vnum alium Montem etiam Fidei nuncupandum non vacabi- le pro tot personis, quot pecunias suas in eo usque ad summam Sexcentorum Millium scutorum monetæ, ad rationem decem Iuliorum pro quolibet scuto huiusmodi ponent, creximus, & insti-



instituimus, ac ex eisdem sexcentis Millibus scutis Quadrigenia & octuaginta Millia in redēptionem, & extinctionem prædictæ summæ antiquæ, reliqua verò centum & viginti millia scuta huiusmodi in subventionē, necessitatū Sedis, & Cameræ prædictarū conuerti, & erogari volumus, eidemq. novo Monti sic erecto, & instituto, ac personis qui in eo suas pecunias ponerēt, annuam summā Trigintasex Milliū scutorum in locum totidem aliorum, qui prius exigebātur, ac prædicti extincti Mōnis Creditoribus, pro eorū annuo redditu, soluebātur super redditibus & emolumētis Dohanarū Mercium Vrbis, & Grasciæ Ripæ, & Ripettæ huiusmodi, ac aliis eiusdē Cameræ introitibus, eisdem modo & forma, quibus per Clementē & Paulum prædecessores prædictos concessa, applicata, & assignata fuerant, etiā cū omni iure Prioritatis, & anterioritatis, ac omnibus priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, & prærogatiis eiusdē veteris Montis creditoribus cōpetentibus, cōcessimus, applicauimus, & appro priauimus, ipsumq. nouū Montem Fidei, & illius personas ac futurū Collegium, in nostrū & ipsius Cameræ locū, quoad dictam summā trigintasex millium scutorū, ex dictis redditibus, & emolumētis, ut præfertur applicatis & assignatis percipiendam, ac illius exactionem, & perceptionē, donec nouū Mons præfatus duraret, etiā cū anterioritate, posterioritate, & reseruatione prædictis substituimus, & surrogauimus: præterea, ut restitutio pretii dicti Montis, per nos sic extincti, aliaq. præmissa quā primū facilius, ac prōptius ad effectum perducerentur, dictū nouū Montē sex millia loca ad rationē centum scutorū dictę Monetæ continentē cum annuo redditu trigintasex millium scutorum illi, ut præfertur assignatorum, & applicatorum, à Kal. Septembris proximè præteriti incipiente, & ex tunc de cætero decurrendo, ac omnibus aliis iuribus, priuilegiis, & prærogatiis supradictis, dilecto filio Ioanni Augustino Linello nostro, & Cameræ prædictæ Depositario generali, pro se, ac eius hæredibus, & successoribus quibuscunq; pro pretio sexcentorū Milliū scutorum huiusmodi per eundem Ioannem Augustinum certis modo & formā tunc expressis, soluendū concessimus, vendidimus, & transstulimus, ac Ioannem Augustinum, illiusq; hæredes, ac successores prædictos, in omne ius, locum, & priuilegium nostrum & dictæ Cameræ, quoad nouū Montem, ac eius iura huiusmodi posuimus, & surrogauimus, sibique illorum possessionem ex tunc à Cal. Septembris prædictis inchoandum concessimus,

A 2 & interim

& interim eius nomine, nos eā tenere constituimus: cūdēq. Ioā-  
nem Augustinū, ex causa vēditionis huiusmodi, Depositariū di-  
cti noui Mōtis fecimus, & deputauimus, ac dilecto filio Tyberio  
Ceuli, & aliis appaltatoribus, seu administratoribus earūdē Do-  
hanarū, nūc & pro tépore existen. mádauius, quatenus prædicto  
Io. Augustino Depositario, de dictis triginta sex millib⁹ scutis mo-  
netq; quolibet anno, & in terminis solitis, ac modō & forma, qui-  
bus illa eo vīq. soluere consueuerāt, à dictis Cal. Septēb. in antea,  
& de cætero, absq; alio à nobis, & Camera prædicta desuper expe-  
diēdo mādato, re ipsa persoluerēt, & numerarēt, soluiq. & nume-  
rari facerēt cū effectu, insuper Io. Augustino, ac illius heredibus,  
& successoribus prædictis, Secretariū, & Ratiocinatorē, seu Cōpu-  
tistā dicti noui Mōtis, cū salariis, & emolumētis, quæ idē Io. Au-  
gustinus duceret statuēda, eligēdi, & deputādi, ac ad eorū benepla-  
citū, & nūrū ponēdi, & amouēdi, dictaq. sex millia loca quibusuis  
personis pro quocūq. pretio vēdēdi, alienādi, & alias de illis di-  
sponēdi facultatē, & auctoritatē cōcessimus, ac pro prēmissorum  
omniū obseruatione, omnia, & singula eiusdē Camerę bona mo-  
bilis, & immobilis obligauimus, ac expressè, & specialiter hypo-  
thecauimus, necnō dilectis filiis Camerario, Vicecamerario, The-  
saurario, Clericis, & Præsidētibus dictæ Cam. inter alia dedimus  
in mādatis, vt personis in dicto extinto Mōte pecunias habenti-  
bus, vel eorū defensoribus, seu aliis officialibus, etiam si eis videre  
tur, per edictum publicum, in locis per eos declarandis, affigen-  
dum, intimari facerent, quatenus in Vrbe p̄sentes inrra quinde-  
cim dies inclusue, absentes verò infra vnum, alii autem vltra Mō-  
tes existentes infra duos menses similiter à dictis Cal. Septem-  
bris inchoandos, declarare deberent, an vellent pecunias suas in  
eodem nouo Monte, iuxta illius erectionem, & institutionem à  
nobis superius factam diuittere, vel eas à dicto Ioanne Au-  
gustino, centum scutis pro quolibet loco, quem in dicto veteri Mō-  
te habebant, vt præfertur computatis, recipere, & recuperare: alio  
quin dictis terminis elapsis, & eisdem Montistis non declaran-  
tibus, vel pecunias suas non repentinibus, nulli amplius fructus,  
& prouentus dicti extinti Montis, eis de cætero deberentur, & fa-  
ctis solutionibus illis Montistis, qui pecunias suas recuperare, vel  
compensationibus respectu illorum, qui in ipso nouo Monte cre-  
ditores esse vellent, ex tunc, prout ex ea die & è contra, cundem  
Ioannem Augustinum quietauimus, absoluimus, & per accepti-  
lationem perpetuam liberauimus, irritanti, & alijs decretis, etiam

viii

vi m contractus inducentibus, necnon nihilominus mandatis, p̄ceptis, & clausulis desuper appositis, prout in nostra cedula. Matutis proprij, & desuper forsan confectis, necnon singulis Clementis, & Pauli prædecessorum litteris huiusmodi plenius cōtinetur. Nunc verò suppressionis, & extinctionis antiqui Mōtis huiusmodi, matutius, & exactius perpēto, magis expediens, & operē pretium fore censemus, vt pro minori dictorum Montistarum dāno, & incommodo, fructibus singulorum locorum antiqui Montis huiusmodi, ad rationem sex scutorū dictæ monetæ, vt præseretur, reductis eiusdem antiqui Montis illiusque Collegij, ac Ministorum, & Officialiū, status saluus, & illęsus remeneat, & Mons ipse in tot alijs locis, quo ex redditu annuo, ratione reductionis huiusmodi supercrescente, cōstitui poterūt, augeatur. Quocirca nos ipsius antiqui Montis cōseruationi, illiusque Collegi, ac personarū cōmodis, & indemnitatibus more p̄ij patris prouidere volentes, ipsiusq; Mōtis, & illius Collegij huiusmodi singulares personas, ac dictum Ioannē Augustinū a quibusuis excōmunicatio- nis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, cen- suris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existūt, ad effectum prēse- tium dumtaxat consequendum, harū serie absoluentes, & ablo- liutos fore cēsentes, necnon cedulæ nostrę, & desuper forsan cōfe- statū, ac singularum Clementis, & Pauli prædecessorum littera- rū huiusmodi, necnon priuilegiorum, indultorum, exceptionum immunitatum, facultatum, concelsionum, & quarumcunque alia rum gratiarum Monti Fidei, illiusq; Collegio, & personis vredicatis, quomodolibet conceslorum, tenores, ac fūctuum, reddituū, prouentuū, & aliorum emolumentorum illis assignatorum qua- litates, quātitates, situationes denominationes, & veros ēt ānuos valores præsentibus pro sufficiēter expressis, & insertis habētes. Motu simili, non ad Collegij, & personarum Montis, ac Ioannis Augustini prædictorum, seu alicuius eorum, vel alterius pro ipsis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, suppressionem, & extinctionem antiqui, ac erectionem & institutionē noui Mōtis Fidei huiusmodi, necnon concessionem, & vēditionem de dicto novo Monte, illiusque fructibus, prouentibus, & emolumen- tis in favorem dicti Ioannis Augustini, ac constitutionem, & de- putationem in Depositarium eiusdem noui Montis de eius per- sona per nos, vt præfertur sanctas, ac facultatem Secretariū, & Ra-

A 3 uo.



tiocinatorem, seu Computistam dicti noui Montis eligēdi & de-  
putandi, ac certa alia tunc expressa faciendi, eidem Ioanni Augu-  
stino concessam, necnon cum omnibus, & singulis in eis conten-  
tis clausulis, obligationibus hypothecis, & decretis cedulam no-  
stram, & desuper forsitan confessas litteras huiusmodi, ac inde se-  
cuta quæcumque, saluis dumtaxat reductione, & augmento, ac a-  
lijs infrascriptis, eiusdem Ioannis Augustini ad hoc etiam acce-  
dente consensu, Apostolica auctoritate, tenore præsentium per-  
petuò reuocamus, cassamus, irritamus, abrogamus, & annulla-  
mus, viribusque, & effectu omnino euacuamus ac pro reuocatis,  
cassis, irritis, abrogatis, nullatis, & infectis, viribusque & effec-  
tu vacuis haberi, & censi, nulliusque roboris vel momenti exi-  
stere, nec amplius attendi, nec cuiquam suffragari volumus; Nec-  
non antiquum Montem, illiusque Collegium, & personas huius-  
modi aduersus illa omnia, ac in pristinum, & eū in quo antea quo  
modolibet erant statū, in omnibus & per omnia, perinde ac si vñ-  
quam emanassent, restituimus, reponimus, & plenariè reintegra-  
mus. Et nihilominus omnia & singula loca eiusdem Montis, ad  
rationem sex scutorum similium pro quolibet loco, seu centena-  
rio de bimestri in bimestre, pro eorū rata à Calendis mensis Se-  
ptembris proximè præteriti computando, reducimus, & modera-  
mus, ac eūdem Montem ultra illius quatuor mille & octuaginta  
loca prædicta, in mille & ducentis alijs locis, seu portionibus ex  
huiusmodi reductione supercrescentibus, augemus, extendimus,  
& ampliamus, ita ut insimul sex mille loca constituat, & tam an-  
cī qui, quām moderni emperores locorum Montis huiusmodi, eo-  
rumque hæredes & successores, ac ab ipsis, vel eorum aliquo cau-  
sam pro tempore habētes, vnum corpus, vnicumque Collegium  
dumtaxat inuicem faciant, nec inter se aliqua differentia, etiā ver-  
balis existat, sed tam antiqua, quām noua loca huiusmodi pro té-  
pore obtinentes, pari passu ambulent, tam in exactione, quām di-  
stributione prouentuum, iurium, & emolumentorum, dicto Mō-  
ti, illiusque Collegio assignatorum, quæ expēsis, & oneribus, ac  
alijs deducendis deductis, iuxta ordinationem ipsius Coilegij, in  
vnā massam reducta, æquis portionibus, tam quoad præterita,  
quām futura credita, diuidi debeant, ac alias eodem Monte, vnā  
cū illius Collegio, essentia, vsu, exercitio, insignibus, Depositario,  
Secretario, ac aliis officialibus & ministris, ad ipsius Coilegij nu-  
tum ioties quoties ponendis, & amouēdis, necnō obligationibus,  
hypothecis, ac cautionum, etiam banchiarum præstationibus,

cau-



cautelis, declarationibus, decretis, facultatibus, indultis, exceptiō-  
nibus, priuilegijs, prærogatiuis, gratijs, concessionibus, ordinatio-  
nibus, statutis, & consuetudinibus, necnon quocunque iure poti-  
ritatis, & anterioritatis, ac alijs omnibus ad fauorem dicti Mōris,  
illiusque Collegij, & personarum, tam per Clemētem, & Paulū,  
quam alios quoscūque Romanos Pōtifices prædecessores nostros,  
dīctamque Cameram, & Sedem Apostolicam concessis, & eis cō-  
petentibus, saluis, firmis, & inviolatis in cæteris omnibus rema-  
nentibus, ac in suo robore, vigore, & efficacia persistentibus . qui-  
bus omnibus, & singulis, per nos in nullo alio præiudicatum, in-  
novatum, alteratū, & immutatum existere, sed illa omnia, & quæ-  
cunque propterea intacta, & illibata permanere, ac prout hactenus,  
etiam imposterum obseruari; ipsumque Montem, ac illius Colle-  
gium, & personas, præsentes, & futuras eis omnibus vti, frui, poti-  
ri, & gaudere debere, nec desuper à quoquā quouis pretextu, cau-  
sa, ratione, vel colore molestari, perturbari, vel inquietari posse.  
Declaramus insuper, mille & ducenta loca sic per nos aucta præ-  
dicta, quorum fructus, & emolumenta ad rationem sex pro quo-  
libet loco & centenario annuatim, de bimestri in bimestre, pro  
corum rata à dictis Calen. Septēbris proximè præteritis incipien-  
do, ac alias, modo, & forma præmissis persolui debeant, cum om-  
nibus suis iuribus, priuilegijs, & prærogatiuis huiusmodi, prædi-  
cto Ioanni Augustino pro se, eiusque heredibus & successoribus,  
ac aliis causam ab eo, seu eis habituris, pro pretio centum & vi-  
ginti millium scutorū, decem iuliis pro quolibet scuto huiusmo-  
di computatis, per eum illi, vel illis, quibus à nobis ordinatū fue-  
rit, per totum mensem Decembris proximè vēturi, omni, & quæ-  
cunque exceptione remota, etiam in scutis aureis, ad rationem iu-  
liorum vndecim & bolendinorum octo pro quolibet scuto com-  
putatis, prout sic in dicta prima venditione computatum fuerat,  
soluendorum, concedimus, vendimus, & assignamus; ipsumque  
Ioannem Augustinū, ac illius heredes, & successores prædictos,  
seu causam ab eo, vel eis pro tempore habentes, in nostrum, di-  
cteq; Camerę locum, ius, & actionem, quoad augmentum mille &  
ducentorum locorum huiusmodi, illorūq, fructus, & emolumen-  
ta ponimus, & irrogamus; Eidēq, Ioáni Augustino dicta mille &  
ducenta loca, ut præfertur aucta, quibusuis personis, pro quocūq;  
pretio maiori, vel minori, ad sui beneficium, & detrimentum re-  
spectiuè, etiā in pluribus vicibus, absq, aliqua nostra, seu Sedis &  
Camerę prædictarum, vel alterius requisita licētia, & sine aliqua  
solo-



Solutione cuiuscunque compositionis, aut regaliorum facienda, vē  
dendi, alienandi, & alias de illis disponendi, facultatem, & auēto  
ritatem concedimus; ipsumq; Ioanem Augustinum, aut dictam  
Cameram, seu eius vel Romani Pontificis pro tempore existētes  
officiales, vel alium quemcunq; nisi solum Collegium Montista-  
rum huiusmodi, & eorum deputatos, in fructuum, reddituum, &  
emolumentorum dicto Monti assignatorum, administratione, ac  
Depositarij, Secretarij, Computistę, aliorumque officialiū, & mi-  
nistrorum eiusdem Montis, illiusque Collegij electione, & depu-  
tatione, ac alijs rebus ad Mōtem, & Collegium huiusmodi perti-  
nentibus dicti Ioannis Augustini, cui dicta facultas, vt prāmiti-  
tur concessa fuerat, similiter ad hoc expresso accedente consensu,  
se intromittere nullatenus posse, necnō si ullo vñquam tempore,  
Montem prēdictum à nobis, vel successoribus nostris Rom. Pō-  
tificibus extingui, aut personas ipsius Collegii, quominus fructus  
redditus, & emolumenta eis assignata, integrè & liberè percipere  
possint, quomodolibet impediri conigerit nos, & successores no-  
stros, ac Cameram præstatam, ipsiusque Cameræ bona quæcūque,  
personis Collegii huiusmodi pro tempore existētibus, ad integrā  
pecuniarum summam, per eos, vel illos à quibus idē habuerint,  
super dicto Monte Fidei positam, eiusdem valoris, quantitatis, &  
bonitatis, quibus tempore erectionis, augmenti, & reductionum  
respectuē, illa prædicta Cameræ persoluta fuit, absq; eo, quod in  
illis, iura, & emolumenta ab ipsis inde percepta, ullatenus compu-  
tari possint, statim soluendum, & satisfaciēdum teneri, ac valide  
& efficaciter obligatos, ac hypothecata esse, necnon præsentes lit-  
teras nullo vñquam tēpore, etiam ex eo quod interesse forsan ha-  
bentes, ad id legitimē vocati non fuerint, & in eis tractatus diligē-  
tū, ac quæcunque aliæ solemnitates, cæteraque de iure, consuetudi-  
ne, vel priuilegio, seu iuxta statuta, decreta, ordinationes, & resor-  
mationes ipsius Cameræ, aut reco. mem. Pii Papæ IV. sub datū  
decimo sexto Cal. April. primo, & sub Cal. Nouemb. quinto, Pō-  
tificatus sui Annis, ac quorumcunque aliorum Rom. Pontificum  
prædecessorum nostrorum litteras, & constitutiones, super solēni-  
tatis, diligentias, & formis in locationibus, & vēditionibus bo-  
norum, & redditiū dictæ Cameræ seruādis, editas, vel alias quo-  
modolibet requisita, & in similibus necessaria non interuenient,  
seu etiam enorūmis, vel enorūmissimæ, & totalis lēsionis, aut alio  
quouis prætextu, causa, vel occasione quantumcunque notabili,  
& iuridica, etiam necessario exprimenda, de subreptionis, vel ob-  
reptio-



reptionis, aut' nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quo-  
piam defectu notari, impugnari in toto, vel in parte rescindi, reta-  
ctari, annullari, invalidari, in ius, vel controversia reuocari, ad ter-  
minos iuris reduci, seu aduersus eas quodcumque iuris, facti, vel  
gratiaz remedium impetrari posse, minusq; sub quibusuis aliis si-  
miliū, vel dissimiliū cōcessionū, & gratiarū reuocationibus, suspē-  
sionibus, limitationibus, derogationibus, modificationib', vel a-  
liis contrariis dispositionibus à nobis, seu quibusuis aliis Ro. Pont.  
successoribus nostris, aut dicta Sede pro tempore emanatis, seu ema-  
nādis, cōprehēdi, sed séper ab illis exceptis, & quoties illæ ema-  
nabunt, tories in pristinum, & eum in quo antea quomodolibet  
erat statū restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac et sub da-  
ta per Collegiū, & personas Montis huiusmodi, necnō Io. Augu-  
stinū, eiusq; hæredes, & successores prædictos, ac causā ab eis pro  
tempore habētes, seu eorū aliquē eligēda, de nouo cōcessas, validas-  
que & efficaces fore, & esse, ac vim validi, efficacis, & onerosi cō-  
tractus inter nos, & Camerā ex vna, ac Collegiū, & personas Mō-  
tis huiusmodi, necnō Io. Augustinū, eiusq; hæredes; & successo-  
res prædictos, ac causā ab eis pro tempore habētes, ex altera parti-  
bus, ritè, ac rectè initi, stipulati, ac et vtrinq; iurati, ex titulo onero-  
so habere, & obtainere, suosq; plenarios, & integros effectus sorti-  
ri debere, dictāq; Camerā, ac Mōtē, illiusq; Collegiū, & personas,  
necnō Io. Augustinū, eiusq; hæredes, & successores, ac causā ab eis  
pro tempore habētes, in iuribus, & aliis prædictis tuēdos, ac ab om-  
ni incōmodo, dāno, lāsione, lite, causa, & cōtrouersia imunes, in-  
dēnes, & exēptos, conseruādos teneri, & obligarā esse, ac fore, nec  
Collegiū, & personas Mōtis huiusmodi, seu Io. Augustinū, illius-  
que hæredes, & successores, ac causā ab eis pro tempore habentes,  
vel quēcūq; aliū, eius nomine ad easdē presētes litteras ī dicta Ca-  
mera, etiā iuxta formā cōstitutionis Pii prædecessoris huiusmodi,  
sub datū octauo Calen. Augusti, Pōt. sui anno sexto, editę, infra  
tres mēses ibi ad id præfixos, seu etiā postea vlo vnquā tempore præ-  
sentādū, & insinuādū, ac registrari faciēdū minimē teneri, nec ad  
id vlla vnquā necessitate cogi, nec propriea ipsas præsentes litte-  
ras viribus carere, sed Collegio; & personis, necnō Io. Augustino,  
eiusq; hæredibus, & successoribus, ac causā ab eis pro tempore habē-  
tibus, prædictis suffragari in omnibus, & per omnia, perinde, ac si  
iuxta ultimo dictā cōstitutionē in ipsa Camera præsentataꝝ, insi-  
nuataꝝ, & registratꝝ fuissent, & tā illæ, quām omnia, & singula alia  
præmissa à nobis de fratrū nostrorū cōsilio, & vnanimi assensu, de-  
bitisq;

bitisq; tractatibus, diligentius, solemnitatibus, & aliis ad id requiri-  
tis plenè seruatis, & adhibitis emanassent. Sicq; & nō aliter per  
S.R.E.Camerariū, Vicecamerariū, Auditorē, Thesaurariū, Cleri-  
cos, p̄sidētes, & alios p̄dictos: neenō quoscūq; Iudices ordinarios,  
& delegatos, etiā causarū Palatii Apostolici Auditores, ac eiudē  
S.R.E.Cardinales, sublata eis, & eorū cuilibet quavis aliter iudi-  
candi, & interpretādi facultate, & auctoritate, in quavis causa, &  
instantia iudicari, ac diffiniri debere, necnon si secus super his à  
quoquā, quavis auctoritate scienter, vel ignorāter contigerit attē-  
tari, irritum & inane decernimus. Et nihilominus nunc, & pro tē  
pore existētibus Camerario, Vicecamerario, Auditori, Thesaura-  
rio, Clericis, Presidentibus, Commissario, & aliis p̄fatis, eorūq;  
singulis, Motu, Scientia, & potestatis plenitudine similibus, in vir-  
tuē Sanctæ obedientiæ, harū serie præcipimus & mandamus, qua-  
tenus ne Collegium illiusq; personas p̄fentes & futuras: necnon  
Ioannē Augustinum, eiusq; heredes, & successores, ac ab eis cām  
p̄tēpore habentes, vel eorū quēpiam, super omnibus, & singulis  
per p̄fentes concessis, aut eorū aliquo, quavis occasione, vel cau-  
sa, seu quocunq; quēsito colore, per se, vel alium, seu alios mole-  
stare, perturbare, vel inquietare audeant, seu p̄fumant, sed easdē  
p̄fentes litteras, ac in eis contēta quēcūq; ab omnibus ad quos  
spectat, & pro tēpore spectabit inviolabiliter obseruati, ac Colle-  
giū illiusq; personas p̄fentes, & futuras: necnon Ioannē Augu-  
stinū eiusq; heredes, & successores, ac causam ab eis pro tempore  
habentes, eorūq; singulos illis pacificè frui, & gaudere faciant, &  
permittāt, eisī desuper requisiti fuerint ipsas p̄fentes litteras in  
dicta Camera admittāt, & in illius libris describi, ac registrari fa-  
ciāt, desuperq; patentes litteras, mādata, & alias scripturas oppor-  
tunas, cum obligationibus, vinculis, submissionibus, renunciatio-  
nibus, clausulis, decretis, & cautelis pro Collegii illiusq; persona-  
rū, p̄fentiū, & futurarum, necnon Ioannis Augustini, eiusq; he-  
redum, & successorū, ac ab eis causam pro tēpore habentiū p̄redi-  
ctorū plena ac sufficiēti cautela, & securitate necessariis & oppor-  
tunis, expediāt, & expediri curēt, ac ab eodē Ioanne Augustino,  
circa solutionē dicti pretii centū, & viginti milliū scutorū, iuxta  
p̄fentiū tenorē faciendam, pro nostra, & dictę Camerę securita-  
te, obligationem recipient, priori tamen obligatione per eundem  
Ioannem Augustinum in ipsa Camera facta, de simili eiusdem  
Ioannis Augustini expresso assensu cassata, & annullata, prout sic  
illam per ip̄flos cassari, & nullari volumus, & mandamus, & nos  
etiam

etiam ex nunc illam cassamus, & annullamus, ipsiſq. Montisſis  
ta præſētibus quā futuris de fructibus, & emolumētis prædictis  
ad rationē iex pro quo libet loco, seu cētenario, & Anno, vt præſer-  
tur respōderi faciat, necnō p̄ eorūdē fructuū solutione ac p̄missio  
rū obſeruatione, ad cautelā etiā denuo absq. hypothecarū, & obli-  
gationū in fauorē dicti Mōtis, illiusq. Collegij huiusmodi facta-  
rū præjudicio, & innouatione, redditus, & emolumēta Dohanarū  
mercū Vrbis, ac Graſcie Gabellæ Ripe, & Ripettæ huiusmodi, cę-  
terosq. ciuī dē Cam. redditus, in genere, & in specie, ita tamē q̄  
per speciē generi nō derogetur, nec ēcontra, neq. vlla per nos, &  
Camerā prædictā, quoad cautelas & obligationes dictę Camerę  
Collegiū hōi illiusq. personas, innouatio facta cēſatur, fed iura iu-  
ribus, & cautelas cautelis addēdo, obligēt, prout & nos etiā si ali-  
qua dictę Cam. obligatio nō succedat, ex nūc obligam⁹ & hypo-  
thecamus. Nō obſtāt bus præmissis, & nostra de non tollēdo iure  
q̄lito, ac bonę mem. Symmachī, Benedicti xii. Calisti, Pauli ii. In-  
nocētii viii. Pauli iv. & quorūcūq. aliorū Romanorū Pōtificū prę-  
deceſſorū noſtrorū, de rebus Ecclesiæ nō alienādis, & male alien-  
natis recuperādis, necnō singulis Pii iv. huiusmodi etiā super gra-  
tiis, & cōcessionibus interesse dictę Camerę cōcernētibus in ipſa  
Camera, infra trimestre, vt p̄fertur iſinuādis & registrādis, aliisq;  
constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Vrbis  
& Camerę prædictarum iuramento, confirmatione A postolica,  
vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, cōſuetudinibus, decre-  
tis, & reformationibüs, eorūq. innouationibus, priuilegiis quoq.  
indultis, & litteris Apostolicis, per prædictos; & quoicunq. alios  
Romanos Pontifices prædecessores noſtrorū, ac nos & ſedē prædi-  
ctā, etiā Motu, ſciētia, & potestatis plenitudine ſimilibus, etiam  
per viā generalis legis & statuti per petui, etiā consistorialiter, &  
de fratrū consilio, ac ex cauſis quantūuis grauibus, & onerosis, ac  
cū quibusuis etiā derogatoriū derogatoriis, aliisq. efficacioribus  
& insolitis clausulis, etiā vim contractus inducentibus, nēcnō ir-  
ritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliās, etiā ite-  
ratis vicibus cōcessis, approbatis, & innouatis, etiā præmissa fieri  
specialiter & expreſſe prohibentibus, aut quod super locationi-  
bus, & alienationibus prouentuū, mēbrorū, honorū, & rerū dictę  
Cam. ſolēnes licitationes p̄cuiis debit̄ tractatibus, cū interuallo  
temporis, & edictis publicis emissis, cādelā accēſa, ac certis diligen-  
tiis, ſolēnitatibus, & formis ſeruatis, etiā ſub excōmunicationis  
maioris, & aliis grauissimis pēnis fieri debeat, & aliter facit cum  
inde



Inde secutis quibuscumque nullius robotis, vel momenti existant, quodq; personz Cameralez, & ipsius Cameræ Officiales nō participent in cōtractibus rerū Cameraliū, ac aliās quomodolibet disponētibus. Quibus omnibus etiā si pro sufficienti corū derogatione, aliās de illis corūq; totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbū, non autē per clausulas generales idē importātes mentio, seu queuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda esset tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbū nihil penitus omissio, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, pr̄sentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliās in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, eaq; omnia, in quantū p̄emissis omnibus abesse, aut illorū executionē & effectū retardare possent, omnino tollimus, & abrogamus, ac pro sublati, & abrogatis haberi volumus. Quodq; dictus Ioānes Augustinus Depositarius noster generalis existit, vt p̄fertur, ceterisq; contrariis quibuscunq;. Volumus autē quod p̄sentiū trāsumptis, seu exēplis, etiā per impressionē factis, manu Secretarii dicti Montis, aut alterius Notarii publici subscriptis, & Sigillo Collegii eiusdē Mōtis, seu personē in dignitate Ecclesiastica constitutę obsignatis, eadē prorsus fides in iudicio, & extra adhibetur, quæ eisdē p̄sentiūbus adhibetur, si forent exhibitæ vel ostēs. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nostræ absolutionis, reuocationis, cassationum, irritationis, abrogationū, annulationū, voluntatū, restitutionis, repositionis, reintegrationis, reductionis, moderationis, augmenti, extensionis, ampliationis, declarationis, concessionū, venditionis, assignationis, positionis, surrogationis, decreti, p̄cepti, mandatorū, obligationis, hypothecationis, derogationis, & sublationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attētare p̄sūpserit, indignationē Omnipotētis Dei, ac Beatorū Petri, & Pauli Apostolorū eius se nouerit incurſurū. Dat. Romæ, Apud S. Marcū, Anno Incarnationis Dñicē Millesimo quingētesimo octagesimo septimo tertiodecimo Cal. Nouemb. Pontificatus Nostri Anno tertio.

Pro Reuerendiss. D. Summatore A. Iustus.

Tho. Thom. Gualterutius.

Anno à Natiuitate D. 1587. die vigesima Nouembris, M. D. Io. Aug. Retroscriptus p̄sēs, &c. omnibus, & sing. Retroscriptis respectiuè cōsensit & iurauit, & p̄sētibus in Palatio Apost. & in māzionibus Cameræ D. Philippo Rauennæ Ianuē. & D. Camillo Moreto I. V. D. Pistoriē. testibus &c. Tydeus de Marchis.



R. 93972